



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXX. Die Ianvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

ab eo pro suo leuamento enixè flagitauit.

P. FRANCISCVS
PALIOLA.

Zealus in
Mindanao.
29. Ian. 1643.
Societ. 16.

ORtu Nolanus, iam Sacerdos in Societatem nomen dedit. In occidentis Indias anno 1641. profectus, ibi sudauit magno charitatis, demissionis, ac auidæ ad agendum, & patiendum impigritatis exemplo, vsque ad Sancti cognomentum ore vulgi illi datum. Inter orandum duo agebat potissimum; alterum, vt quicquid ageret, diuinæ gloriæ in sacrificium daret; alterum, vt gratiam obtineret, post sudorem, sanguinem quoque fundendi. In Insula Mindanao, vbi laborabat, eo voto positus est, cum apostaram quendam sanctæ fidei reddere niteretur. Illum ad se sicariorum globo stipatum aduentare certior factus, ad supremæ luctationis gloriam in genua sese supplex composuit, & MARIANVM rosarium pro moriendi tessera manu arripuit, victimæ in modum suprema expectans. Ita mortem opperienti sicarij lato cultro, seu gladiolo, ictum primum in maxillam late

Oratio.

Fides.

B. V.

arque altè ad extrema vsque colli adegere. Franciscus IESVM & MARIAM dixit; & auersio vulnere lancea in tergo confixus, humique collapsus; iterumque lancea, & alijs truculentæ mortis instrumentis per transuersaria vulnera transfuerberatus, pretiosam animam ita reddidit, vt optarat, DEO, Sacra altarum patenâ pro disco abusi barbari, calicem quoque sputis temerare ausi, ligneam Crucifixi effigiem columnæ alligatam dirè ac sacrilegè fustibus cecidere: atque sacrificiales etiam vestes variè ludibrio habuere.

IOANNES. BAPT.
MAYR. SCHOLAST.

Hic Viennæ cum adhuc in seculo versaretur, si quem pauperem sub dio nocte reperisset, non prius quiescebat, quam urbem tamdiu circumiret, donec illi misericordiam ac tectum in domo quapiam reperiret. Inter supremos morbi dolores, Benedictus aiebat, DEVS, qui me doloribus ad suam gloriam dignatur: mitte cruce, auge dolores qui sunt ad gloriam tuam, Deus!

Germanus.
Leobij. 29.
Ian. 1635.

Charitas.

Morbus.

XXX. DIE IANVARIJ.

P. ANTONIVS
AROZIUS.

Hispanus
Madriti. 30.
Ian. 1573.

SP. N. Ignatij consanguineus. Tibure 27. Septembris anno 1540. datam Societatis à Paulo III. confirmatæ Bullam Ignatio attulit; primus post decem primos quatuor votorum professus. Româ semel in Lusitaniam, in Hispaniam sæpius pedibus & mendicato per iter cibo profectus, cum ad populum diceret Angelus di-

Itinera.

Paupertas.

cebatur. Ad eos qui animam agunt iuandos incredibili caritate valuit. Corpus nimiam, & obedientiæ fræno Româ per literas postea coercitâ, immanitate cruciavit. Beatissimæ DEIPARÆ mirè addictus, eiusdem dolentis imaginem itineris sui comitem habuit, eam S. P. Ignatius è suo sinu acceptam illi dono dedit, quam à primo conuersionis suæ die vsque ad senium in pectore amanter circumtulit, & per illam à DEO multa beneficia im-

Mortis.

B. V.

G 3 petra-

petrarat. Nunc illa Romæ, ac postea in Germania typis vulgata S. MARIA à corde nomen obrinuit. Prouincialis, Commissarius, Assitens creatus aulae proceribus ad virtutem prouehendis aptus natus. cum in aula increbuisse illum, ac socios herbam quapiam esse armatos, quæ illos ab ijs quibus oculi capiuntur, seu fœminarum seu aulae illecebris immunes reddat, Principi herbæ nomen petenti nunciauit; herbam illam esse *Timorem Domini*. Studio paupertatis ad cibum non tantum nihil non commune cum omnibus admittit, verum etiam non nisi à mensa relictis panis frustis vescitur. Orandi tam audis fuit, vt aliqui dicant illum sæpe ipsas 14. horas intra diei vnus spatium orationi transcripsisse. Reliqua in eius vita largius dedit ad annum 1573.

P. P E T R V S C U T I O N E V S.

Tempus
Messanæ.
1605. 30. Ian.

Hic olim è tyrocinio propter morbum grauem quo consistebatur, magno suo, nostrorumque dolore dimissus, ad eum tamen à Societate alienatus non est, vt Messanensi tyronum Domui 200. aureos annuos in perpetuum assignari. Foris Sacris initiatus, per annos aliquot charitati pietatique totum se dedit, ac Societatem iterum impetrauit, sub finem secundi ab inito secundo tyrocinio anni extinctus. Lætabatur cum ingrauesceret morbus; ægrè ferebat si vitæ spes suggereretur à medicis. Aiebat se inter celebrandum ad altare DEI dolores suos non sentire. Didicit instinctu diuino ad ea orationis Dominicæ (quam maximoperè aestimabat) verba, *fiat voluntas tua*, reuerentiam DEO exhibendam capite inclinato. Mentem in meditando studio tam attentam si-

Timor Dei.
Castitas.

Paupertas.

Oratio.

Vocatio.

Mors.

Sacrum.

Pater noster

xamque habuit, vt nenquam per id tempus vanas cogitationes in animum suum senserit irrepisse. Mira, sed totidem verbis de illo testata, & è fideli eius ore accepta res.

P. I O A N N E S L A B R A D O R.

Mensa accubens cogitabat quot essent qui cibo illo magis egerent; tum desiderabat illum illis dare, si per se staret. Voto castitatis à pueritia nuncupato sterit fidelis vsque ad tumulum. Omnibus anni Sabbatis in in abiectis culinæ obsequijs Beatissimæ Virgini suas operas dedicabat: de qua quicquid inter colloquendum audiret, in cubiculum redux accuratè adnotabat in libello ad id præstituto. A mensa ad colloquij locum vbi veniebat, defixis in crucifixum istic oculis, nudo Christo se oblaturum aiebat tacitus, si haberet, quicquid cælum ambit. Pro libris aiebat se Crucifixi effigie, flagelloque contentum.

P. I O A N N E S P V I O L V S.

Magna in illo simplicitatis, charitatis, patientiæ luxere virtutes, atque in Nouitijs excolendis perita per ipsos 12. annos dexteritas, quam nobili quodam successu probasse videtur DEVS. Etenim Sebastiano Davin tyroni ad illustrissimam cæcæ obedientiæ laudem exercendo imperauit Ioannes, vt iacentem & siccum in horto ramum tamdiu irrigaret, dum ille virorem acciperet. Perstitit perseveranter Ioannis mandatis parere Sebastianus: & ecce tibi (vt plures testantur) ramus ille viuere, atque in ignota indolis arborem excre-

Oratio.

Hispanus
Tarraconæ.
30. Ian. 1606

Mensa.
Castitas.

B. V.

Pis colla-
quia.

Crucifix.

Gallus Aue-
nionæ. 30.
Ian. 1633.
ingress.
Soc. 1572.

Obed. cæcæ.

Siccus ramus.

re

Arbor obedi-
entia.

re est aduersus. Eoque arbor illa diu postea superstes *arbor obedientia* nuncupata est à socijs, donec fabricæ locum vt daret excisa est digna quæ in omnibus religiosis hortis crescat, ne illius memoria vnquam intereat.

P. FRANCISCVS
DE SOTO.

Hispanus
Gadibus.
30. Ian. 1634.
ætat 66.
Soc. 49.

Migiones.

Zelus.

Cassit.

Sive palàm, sive priuatim de DEO loqueretur, diffusa in labijs eius gratia illiquefacta cordibus mirâ vi percellerat audientium voluntates, etiam antehac pertinaces ac ferreas. Quadraginta missiones obiuit immortalis fructu. Sanctissimum viaticum vt ad ægros apparatus ferretur, effecit: SS. Ioachimi, ac Annæ honores mirè propagauit: examen conscientia in rudem plebem ita induxit, vt illud celebri vsu passim firmauerit, ac frequens & facile populis reddiderit pœnitentiæ Sacramentum. Cum à quadam morbum simulante ad confessionem audiendam vocatus id audiret quod olim castus Ioseph à Domina sua inuitus audiuerat, id fecit quod Ioseph; nisi quod non pallium, sed rosarium (quod illa fortè arripuerat) in conscelerata trahentis manu reliquerit fugâ victor. Verba illius erant ignea qualia ab ore Eliæ expectares: opera verò amabili suauitate condita, miro studio opitulandi omnibus quibus posset. Vir locuples Hispali magnam auri vim eius arbitrio commiserat, vt eam quò vellet conuerteret. Franciscus nihil sibi, nihil Collegio, vel Societati decerpendum duxit, verum educandis illis paruulis qui à parentibus deseruntur destinauit, & fuere annua quinque millia aureorum. Mors illi vitæ haud impar obuēnit, morbi

Charitas.

contagione contracto apud ægrum cui morienti nauus adstiterat.

P. RICHARDVS
BRADLÆUS.

Operarius laborum, & periculorum amans ob animarum lucra. Vnde cum nil metuens, inter plumbeam glandium grandinem, vulneratis militibus pœnitentiâ expiandis diligentiam nauaret, globo plumbeo in capite ictus ille quidem est, ac illæsus; quia paulò ante militum quispiam prouidenter suam illi cassidem in caput impresserat. Manchestræ postmodum in carcerem ab hæreticis in fidei Catholicæ seminarios, ministrosque infestè intentis coniectus, ibi gloriosis ærumnis confectus est, adeoque sola illi vita defuisse videtur ad mortem cruentam in causa tam nobili oppetendam.

Anglus
Manche-
stræ. 10.
Ian. 1645.
ætat. 41.

Zelus am-
marum.

Fides.

P. EDMUNDVS
DONATVS.

Hic Summi Pontificis literas ad Geraldinum Catholicæ militiae Præfectum cum deferret, ab hæreticis tentus. Limerici, in patria, in carcerem coniectus; Coreagiæ post carceris ærumnas & cruciatus in patibulo strangulatus, dissectusque, vitæ finem gloriosum in causa nobili reperit; eò quod fidem Catholicam nec ipse vellet damnare, & alios ad illam adduceret, in eaque firmaret; Elizabethæ Reginae titulo illo liberâ voce damnato quo illa se caput Ecclesiæ dici haberique volebat. Hinc reus læsæ maiestatis, ac patibuli pronunciatus, & carnificatus est.

Hibernus
Coreagiæ
incerto
mense, ac
die an. 1580.

Fides.

XXXI. DIE